

nam  
 gentur  
 quam  
 vos  
 aut  
 omnis  
 ego  
 ait  
 dicit  
 quare  
 nega  
 Etia  
 teni  
 et os  
 ne  
 velle  
 et  
 sedere  
 et o  
 et du  
 comit

iste. Verumtamen non sicut  
 ego volo. Sed sic cuius. venit  
 ad discipulos et invenit  
 eos dormientes. Et dicit

M C P R S

una hora vigilare meum  
 vigilate et orate ut non  
 intretis in temptationem.  
 Spiritus quare promptus est  
 caro autem infirma. Verus  
 sed abiit et oravit vices  
 post me post hoc calix transire  
 nisi bibem illud fiat volun  
 tas tua. et venit iterum et i  
 venit et dormientes et fra

I 6 I 4

latus illis iterum abiit tertio  
 et oravit eundem sermonem di  
 cendo venit ad discipulos su  
 os et dicit eis Dormite sa  
 et inquietate. cor unum quod



Arena Hutteri

60 13

Disputatio inauguralis de Fide significante Meisneri.

Disputatio de Calvinismo fugiendo Meisneri

De Vera Veritate Christi Duput. Bald.

Disput. Archiprotiniana de Loye, de Paulo Ruyterbachij

Disputatio Ansthe. de duobus N. T. sacramentis Wilhelmii.

Disput. de officio Christi Franzi

Disput. de sacrificijs N. T. Franzi

Disput. de Passione Iesu Christi Garbii

Harmonia Calvi. et Photin. Lyseri.

Disput. de Sacramento Eucharistiae forma et essentia

P. Lyseri

Requisitio de Symbola Genealogica Iulij Calvi



Trinuno favente Numine.

*Theses succinctæ*

**DE DVOBVS NOVI**

**TESTAMENTI SACRAMENTIS,**

quorum prius Initiationis, posterius

Confirmationis appellitari usu receptum est,

*κατ' ἀντιπροσέθεον*

*τῆς ὀρθοδοξίας Lutherana ἢ κακοδοξίας*

*Photiniano-Schmaltziana*

*exposuis*

Iussu Reverendi Collegij Theologici in inclyta

Lipsiensium Academia, publicæ ἐξέτασῆς

subiectæ

*Ad diem ult. Sept. ἔ 1. Octobr.*

Pro consequendâ οὖν θεῶν potestate adsumendi Ti-

tulum Doctoris, quam Licentiam vocant, in

Studio Theologico Sacratiss<sup>mo</sup>

**M. CHRISTOPH. VVILHELM.**

*VVALPVRG. Lips. SS. Theol. Baccal.*



LIPSIÆ imprimebant hæredes MICHAELIS

LANTZENBERGERI, Anno c1o. 1o c. XII.



MAGNIFICO,

*Clariss.<sup>mis</sup> Consultiss.<sup>mis</sup> eximiâ Pietate, præclarâ eru-  
ditiõne, integritatis laude, longoq; rerum usu præ-  
stantissimis viris;*

Dn. GABRIELI TÜNZELIO  
Philosoph. & I. U. D.

*Sereniss.<sup>mi</sup> & Potentiss.<sup>mi</sup>*

*Dn.*

Dn. IOANNIS GEORGII,  
Electoris & Ducis Saxonæ Jul. Cliv.  
& Mont. &c.

*Domini <sup>hæc</sup> Clementissimi &c. Consiliario dignissimo.*

*itemq;*

Dn. GREGORIO LUPPIO, M.  
Ampliss.<sup>mo</sup> Senatui Lips. ab Epistolis primat.

*Suis quondam Amicis longè svavissimis, nunc*

*Patronis exoptatissimis*

*has lucubrationes Theologicas,*

*Observantia & gratitudinis ergò  
consecrat*

A U T O R.



I H E S U S.

Προόμιον μεταβαλόν.

Thesis I.

**R**eter alia beneficia, quibus Salvator noster Ecclesiam Sponsam suam dilectissimam liberalissimè & amplissimè dotavit, cum primis duo illa Novi Testamenti veniunt Sacramenta, Baptismus nimirum & Cœna Domini, quorum hoc Confirmationis, illud Initiationis haud perperam appellari solet.

2. Hac, cum infelix & malesana Photinianorum Cohors non minus atq; reliqua cœlestis doctrinae capita, fœdissimè deturpaverit, & tantum non extirpaverit: illorum synceritatem adstruere, iisdemq; adspersas ab Adversariis istis maculas, omissis interea iis, de quib. hoc in loco commodè aliàs tractari posset ac deberet, abstergere volui.

3. Commodiore verò ac breviori quò procedatur viâ; sequentibus insistam vestigiis. 1. Θεσι τῆς ὀρθοδοξίας Lutheranae ponam; hanc confirmabo διαδείξει γραφικαῖς, adhibitis interdum τοῖς συγκαταψηφισμοῖς Ecclesiae orthodoxae.

4. Opponam 2. καὶ αἰτιολογῶν, αἰτιῶν τῆς ψευδοξίας Photiniana; hujus ficulnea praesidia producam, illaq; partim è Spiritûs S. oraculis, partim propriis gladiis expugnabo.

ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ Ι.

Thesis ὀρθοδοξίας Lutheranae.

Baptismus est actio divinitus Ioanni Baptistæ demandata, & à Domino Ihesu Apostolis, illorumque successoribus commendata.

CONFIRMATIO.

A 2

s. Funda-



5. *Fundamenta nostra haec sunt.* 1. Ἐγένετο ῥῆμα θεῶν Ἰωάννου ἐν τῷ Ζαχαρίας υἱὸν &c. Luc. 3. v. 2.

6. *Inde talem extruimus demonstrationem.* Quicumq; divino mandato aliquid efficiendum sibi sumit, is proprio motu s. instinctu illud ipsum incepisse dici nequit. Ioannes Baptista divino mandato baptizare iussus fuit. E. &c.

7. *Majorem & minorem extra omnem dubitationis aleam positam, nemo inficias ibit, nisi qui luce meridiana cecutire voluerit; proinde verbosiore supersedebimus probatione.*

8. *Secundum fundamentum.* Καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τῆς Ἰορδάνης, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἅφρον ἁμαρτιῶν. Luc. 3. v. 4.

9. *Hinc talis resultat demonstratio.* Quicumq; verbo DEI morigerum se prabet, nihilq; aliud quàm quod ipsi injunctum est, exsequitur; illi non imputari potest, quod idolum cerebri sui secutus aliquid susceperit.

Ioannes Baptista nil nisi praeunte verbi divini mandato suscepit. E. &c.

10. *Majoris certitudinem manifestam cuilibet nisi planè bardo & stupido, esse novimus.* Minorem prater versum tertium, confirmant versus 7. quo turba ut baptisarentur exiisse dicuntur, quibus prius verbum Domini annunciauit, & v. 12. quo publicanis quoq; ad baptismum venientibus voluntatem Domini patefecit.

11. *Tertium fundamentum.* Ἄλλ' ὁ πᾶν ψαλμὲν βαπτίζῃ ἐν ὕδατι. Ioan. c. 1. v. 33.

12. *Hinc talem eruimus demonstrationem.* Quicumq; à DEO mittitur, non spontaneo motu currit.

Ioannes Baptista à DEO missus est. E.

13. *Hic denuo Adversarii, nisi planè fungi & stipites haberi velint, nullam praemissarum negabunt.*

14. *Quartum fundamentum.* Οἱ δὲ Φαρισαῖς, καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βαλῶν τῆς θεῶν ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, μὴ βαπτισθέντες ὑπὸ αὐτοῦ. Luc. 6. 7. v. 30.

15. EX

15. Ex hoc versu talis emergit demonstratio. Actio divino consilio instituta, non homini attribui potest. Baptismus Ioannis consilio DEI fuit institutus. E.

16. Majoris certitudo in presenti versiculo continetur; quo accusantur Pharisei, ex hoc sc. capite, quod consilium DEI spreverint, cum tamen actionem baptismi à Ioanne solum, ut existimabant, susceptam spreverissent. Minor per se manifesta.

17. Quintum fundamentum. ἡ βάπτισμα Ἰωάννου ποθεῖν ἢ ἐξ ἑαυτοῦ, ἢ ἐξ ἀθρώπων; Matth. 21. v. 25. Marc. 11. v. 30.

18. Hac verba paulò altius considerata talem dant demonstrationem. Actio inter duo immediata contraria constituta, vel uni vel alteri extremorum necessario attribuenda est. Baptismus à Ioanne administratus, est talis actio. E.

19. Majorem ut nullus Adversariorum negabit, ita minorem quilibet concedat oportet, cum propter ipsiusmet Salvatoris questionem, qui non tali constrinxisset ratione Phariseos, si rimam elabendi, dato quodam medio, ipsis apertam & concessam scivisset; tum propter Phariseos, qui cum nullum excogitare medium valerent, nec hominibus istam adscribere auderent actionem, silentio suo, quod volumus approbarunt.

20. Sextum fundamentum. ἡ δύναμις ἀθρώπου λαμβάνει εἶδεν, εἰ μὴ ἡ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ θεοῦ. Ioann. 3. v. 27.

21. Hinc talis se offert nobis argumentatio. Si baptismus tam Ioannis quam Christi & Apostolorum fuissent opera ab hominibus excogitata; sequeretur hominem aliquid accipere posse, quamvis ipsi non datum fuisset. Consequens adversatur oraculis Spiritus sancti. E.

22. Priorem potissimum Dicitur nostra orthodoxa partem, fundamentorum agmine vallatum confidimus; ad alteram quoque, quae bimebris est, accedamus oportet.

23. Fundamentum septimum itaque tale est. μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ ἰησοῦς, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἰς τὴν Ἰερουσαλήμ, καὶ ἐκεῖ διετριβέ μετ' αὐτῶν, καὶ ἐδάπτισεν. Ioan. 6. 3. v. 22.

24. Ex his verbis ita argumentamur. Quod alicui adscribitur, quamvis per alium fecerit, id sine ipsius jussu, factum fuisse nemo affirmabit. Baptismus à discipulis Christi administratus, à Spiritu sancto ipsi Christo adscribitur. E.

25. Majoris certitudo cum cuiusvis pateat; ad minorem nos conferimus, & prater fundamentum prolatum, declarationis ergò v. 2. capituli 4. ejusdem Apostoli adducimus. καὶ τοῖς ἰησοῦς αὐτὸς ὄντι ἐβάπτισεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

26. Possumus etiam ita argumentari. Quicumque actionem aliquam sæpius repetitam & ab inferiore iteratam videt, & non solum non prohibet, sed & adprobat; absque illius consensu & mandato facta dici nequit. Christus discipulos suos baptizare non tantum vidit sed & adprobavit. E.

27. Fundamentum octavum. πορευθέντες ἐν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Matth. c. 28. v. 19.

28. Inde clarissima hæc resultat demonstratio. Quicumque aliquid expressis verbis, nullâ additâ limitatione, correctione aut restrictione ullius rei instituit & jubet, illam rem non potest non simpliciter velle & adprobare. Christus baptizari jussit omnes gentes, absque ullâ restrictione. E.

29. Major & minor nulla laborant incertitudine, & proinde sententia nostra orthodoxia stat immotissima.

### Antithesis Photiniana.

Non potest ex scriptis Apostolorum & Evangelistarum demonstrari, Ioannem divino mandato baptizasse, Christum ordinasse & instituisse baptismum aquæ.

Christoph. Ostorrodus Goslar in instit. german. cap. 39.

REFUTATIO.

30. III



30. Ut verò huic impie assertioni respondeamus, nullo amplius sudore opus est, cum illud jam expeditum dederimus in assertionem orthodoxias nostræ. & quidem Thesis præsertim 5. 6. 8. 9. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 20. 21. 23. 24. 26. 27. & 28. ex quib. Lector benevolus hujus pestilentis erroris refutationem absq; manuductione ulla haurire potest.

31. Quia autem Ostorrodus non simplici contentus assertionem infelicibus quibusdam & impiis simul, perditam suam causam, præsidio paliare conatur; agite expendamus paucis quid dicat.

32. Clarissimum istud & luce meridianâ splendidius fundamentum, cujus in thesi 27. mentionem fecimus, intelligendum esse dicit, non de baptismo aquæ, sed de baptismo doctrinæ. Rationes assignat duas.

33. Prima. quòd nunquam Apostoli baptisasse legantur in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. sed in nomine Christi, vel in Christum tantum.

34. Secunda. quòd ipsi Apostoli testentur se non missos ad baptisandum scilicet cum aquâ, I. Cor. I. v. 17.

35. Si itaq; de vero queris sensu; hunc inesse dicit. Baptisate, i. e. facite discipulos, docentes eos in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti, docentes, inquam, servare eos omnia, quæ præcepi vobis.

37. Verùm extremam suam prodit stulticiam Ostorrodus, quando ad everendum hujus dicti clarissimum sensum, tales elumbes argumentationes profert. Collectio ipsius s. paralogismus talis est. Dictum istud loquitur de baptismo Doctrinæ; ratio: Apostoli non leguntur baptisasse in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti.

37. Integrum si formaverimus syllogismum talis erit: si dictum illud loqueretur de baptismo aquæ; discipuli quoq; baptisassent in nomine Patris, Filii & Spir. sancti. Illud non factum fuit. E. Subsumtio probatur, quia in nomine Christi tantum baptisarunt.

38. Multiplex in collectione hac Sophisticatio. Primum quidem ὅτι ἐπιπέρον: quamvis enim totam admitteremus rationem & probationem; Tamen non sequeretur quod cupit Adversarius. Posito enim non concesso, discipulos solummodo hæc verba adhibuisse: baptiso te in nomine Christi; non tamen sequeretur, illos sine aqua baptisasse.

39. Secun-

39. *Secundò, fallacia plurium interrogationum. Probare debebat Ostorrodus Apostolos in actu baptismi non adhibuisse aquam: illud cum nunquam prestare queat; probandum sibi sumit, Apostolos omisisse ista verba; baptizo te in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti, & in illorum locum substituisse hac verba; baptizo te in nomine Christi tantum. Hocine est disputatorem candidum agere!*

40. *Tertiò fallitur & fallit adversarius Sophismate τὰ ἐξ ἡμῶν τῆς λέξεως; cum in nomine Christi baptizare, nihil aliud sit, quam ex mandato, paulò ante ascensionem in caelos denuò promulgato, baptismum adhibere, quamvis ob historicam brevitatem quo ad formalia, nulla in Actis adjiciatur uberior declaratio & repetitio.*

41. *Hoc vel exinde probari potest, quòd Apostoli, Spiritus sancti gratià donati, à quo in omnem veritatem ducti, dictorumq; antea prolatorum admoniti fuerunt, aquà baptisasse legantur.*

42. *Quamobrem corrui quoq; secunda probatio, cum non solum, ut jam dictum, & copiosius in sequentibus dicetur, Apostoli expressè aquà baptisârint; sed & Paulus ipse; licet non multos baptisârint, à baptisando tamen non prorsus abstinuerit.*

## ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ ΙΙ.

### *Thesis Lutherana ὀρθοδοξίας.*

Ex partium baptismi substantialium numero est quoque Elementum aquæ.

#### CONFIRMATIO.

43. *Fundamentum primum. εἰ μὴ τις γεννηθῆ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, ἔσθυναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ioann. 3. v. 5.*

44. *Ex his verbis talis exurgit demonstratio. Sine qua baptismi parte finem & effectum ejusdem consequi non possumus; illa necessariò in administratione requiritur. Sine aqua renasci inq; regnum caelorum ingredi non possumus. E.*

45. Fun-

45. *Fundamentum secundum.* ἵνα αὐτὸ ἀγιάσῃ τὴν ἐκκλησίαν, καθαρῖσαι τῷ λόγῳ ἔ ὕδατος ἐν ῥήματι. Ephes. 5. v. 27.

46. *Ex hoc versu talis repullulat demonstratio.* Quae pars baptismi in mundandâ totâ Ecclesiâ requiritur, illa in mundando uno vel altero Ecclesia membro omitti nequit: Aqua requiritur &c. E.

47. *Fundamentum tertium.* Christus dicitur Ἰπὶ τὸν Ἰορδάνην ἔ βαπτισθῆναι venisse. Matth. 3. v. 15. sicut ἔ ascendisse βαπτισθῆναι εἰς ἀπὸ ἔ ὕδατος v. 16. Hinc ita inferimus.

48. *Si aqua in administratione baptismi non necessario requireretur, Christus Ioanni adhibenti eandem non permisisset. At permisit. E.*

49. *Fundamentum quartum.* Ierosolyma, omnis Iudaea, ἔ omnis regio circa Iordanem ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτισαὶ fuerunt. Matth. 3. v. 5.

50. *Argumentationem hanc hic locus nobis monstrat.* Si omnes enumerati à Ioanne rectè βαπτισαὶ fuerunt, aqua requiritur ad administrationem baptismi. Ratio copulati: quia Ioannes βαπτισαὶ aquâ. Act. 11. v. 16. Prius verum, E.

51. *Fundamentum quintum.* Philippus cum Eunuchō Reginae Aethiopiae, Act. 8. v. 36. venit Ἰπὶ τὸ ὕδωρ, dicente ἔ Eunuchō: ἰδὲ ὕδωρ, ἢ κωλύει με βαπτισθῆναι, stare iussit currum, καὶ κατέβησεν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἐβάπτισεν αὐτὸν.

52. *Argumentationem hic locus talem suggerit nobis.* Quae ratione Apostoli βαπτισαὶ, eâ ἔ nos βαπτισαὶ oportet. Sed Apostoli adhibuerunt aquam. E.

53. *Fundamentum sextum.* μήτι τὸ ὕδωρ κωλύσαι δύναται τις ἔ μὴ βαπτισθῆναι τέρας, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον, καθὼς καὶ ὑμεῖς Act. 10. v. 47.

54. *Ex his verbis ita ratiocinamur.* Gentes per ministerium Petri ad Christum conversae aquâ βαπτισαὶ fuerunt. E. adhibentes aquam in administratione baptismi non errant.

55. *His adde, si lubet, fundamenta ab analogia ceterorum Sacramentorum, quorum materialia non nisi simplici sermonis genere constant; ab analogia item emundationis sordium ἔ corporis, pro-*

B

pter



pter quam teste Ambrosio ad Rom. 6. & de initiandis l. 1. non alius liquor, quàm aqua ad baptisandum adhibetur: item consensum totius Ecclesie, Augustini nimirum in Ioan. tract. 15. & 80. item de Catechismo c. 3. Nicephori l. 3. c. 37. de Judeo arenâ malè baptisato, ideoq; aquâ denuò baptisato.

56. De reliquis baptismi substantialibus partibus, agemus οὖν ἑξῆς in sequentibus.

Ἀντιθεσις Photiniana κακοδοξίας.

Nec Ioannes, nec Christus, nec Apostoli de baptismo aquæ loquuntur nec Aquam abhibuerunt.

REFUTATIO.

57. Ut antea nominatus autor errorem suum palliare queat, clarissimam Domini Ihesu assertionem Marci 16. v. 16. corrumpit, dicitq; illam non de baptismo aquæ, sed pœnitentiæ exponi debere.

58. Quis autem summam textui fieri injuriam non videt? cum præsertim Apostoli, tanquam executores & interpretes hujus mandati optimi, à Spiritu Sancto quippe in omnem veritatem ducti, aquam adhibuisse legantur, ut thesibus 51, 52, 53. 54. probavimus.

59. Simili modo per malitiosam inscitiam dictum ad Ephes. c. 1. v. 26. vocabulum aquæ pro vocabulo pœnitentiæ sumi debere clamat.

60. Sed quia illud ipsum absq; ullâ sufficiente causâ facit, ipsius αὐτὸς ἑφα nullius apud nos est autoritatis.

61. Dicit quidem, aquam tantas vires habere non posse, ut hominis voluntatem immutare queat.

62. Aberrare verò ipsum ὅτι τὸ ἰδιαιτὸς etiam pueri & puella ex germanico parvo, Megalandri illius Lutheri Catechismo, indicare possunt.

63. Querenti enim quomodo aqua tanta præstare & efficere valeat, respondent; aquam quidem non facere sed verbum DEI, quod in  
& cum

Et cum aqua sit. Ex quo Adversarius noster decisionem hujus questionis desumere potuisset, nisi supra Paulum, ut Lutheri verbis utar, sapere statim voluisset.

64. Dicit secundo, hinc maximam baptisatorum partem damnari, quod non fieret, si baptismus eam contineret vim.

65. Sed fallit et hac ratio sophismate secundum non causam ut causam. Si enim sequeretur hoc; necesse esset, quia maxima pars audientium Evangelium, pereat, illud non esse potentiam ad salutem omnium credenti, quod ἀδύνατον.

66. Hac via, quia non succedit res, aliam aggreditur, et dicit, clarissimum illud mandatum Matth. 28. v. 19. *πῶς δὲ θεῖς ἐν μὲν τῷ ὄνοματι τοῦ ἑθνῆς* &c. non de baptismo aquae loqui.

67. Hoc ut obtineat, producit locum ex cap. 18. v. 25. Act. ubi quidam Apollos Judaeus introducit potens in scripturis, edoctus viam Domini, fervens Spiritu, loquens ac docens diligenter, ea, quae sunt Iesu sciens tantum baptisma Ioannis.

68. Baptisma Ioannis explicat, quasi Apollos nihil amplius scivisset, quam quantum de Christo ex baptismo illius, h. e. ex concionibus eis perceperat.

69. Huic morbida expositioni, ut, si non medicinam, linimentum tamen s. cerussam saltem illiniret, subjungit versum sequentem, in quo Priscilla et Aquila istum assumptes Iudaeum, diligentius ei viam Domini, hoc est, doctrinam divinam, quam imperfectè didicerat, perfectius exposuisse dicuntur.

70. Vetus hoc est delirium, quod sibi fingit Adversarius. Quod n. per baptisma Ioannis non doctrina ejus intelligi queat, patet ex thesi 11. in qua Ioannem ἐν ὄνοματι βαπτίσαντα missum audivimus: quae verba certè omnem Photinianam expositionem planè respuunt.

71. Et ut res extra omnem ponatur disputationis aleam, remittimus Lectorem ad thesin nostram 47, in qua Christum Ioannis baptismo baptisatum ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἀσcedentem vidimus.

72. Qualis verò esset expositio, si per vocabulum τὸ βάπτισμα

doctrinam Ioannis intelligere ex sententia adversarij vellemus! hac scilicet: Iesus ascendit baptisatus ex doctrina Ioannis. Vah stulta expositio & caput.

73. Similem expositionem monstrant nobis verba capituli II. Act. v. 16. in quo Petrus dicit: ἐμνήσθη τὸ ῥῆμα τὸ κυρίου, ὡς ἔλεγεν, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς ἢ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

74. Cum hac declaratione consentit, v. 4. cap. 19. in quo baptisma Ioannis, quod Apollos tantum scivisse dicitur, opponitur baptismati Christi, qui Spiritu Sancto, hoc est, donis miraculosis baptisabat.

75. Cum enim Paulus Ephesi, ut v. 6. illius capituli dicitur, quasi-  
visset ex 12. viris, num Spiritum Sanctum, hoc est, Spiritus Sancti dona miraculosa accepissent, illique respondissent; se neque, num Spiritus Sanctus, hoc est, dona miraculosa darentur, scire; Paulus vero ipsos melius instruxisset; ἐβαπτισθησαν εἰς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος αὐτοῖς τὸ Πάυλος τὰς χεῖρας, ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς. ἐλάλησεν τε γλώσσαις καὶ προεφίτησεν.

76. Tali & non alio modo Apollos tantum baptisma Ioannis, viam autem Domini non exquisitius novit, hoc est, de miraculosis Spiritus Sancti donis, post Domini Iesu ad dextram DEI sessionem in credentes collatis, nihil noverat.

77. Edoctus vero diligentius, iisdemque ad eundem modum ornatus, majori cum fructu & fervore in Achaia docuit, ut proinde Paulus I. Cor. 3. v. 6. dixerit; ἐγὼ ἐφύττωσα. ἀπολλῶς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ θεὸς ἠύξανεν.

78. Nihilominus tamen adhuc instat, dicitque ut in illo Marci, ita in hoc, non mentionem fieri aquae, & propter hanc rationem, illa non posse intelligi de baptismo aquae.

79. Quasi vero opus fuisset rem per se claram & manifestam pluribus declarare, & Apostoli opus habuissent descriptione illius baptismi, quo Christum baptisatum noverant, quoque sine alia instructione deinceps usi leguntur. ut videre est ex thesi 51, 52, 53, 54.

80. Quia vero dictum illud clarissimum quoque, quo Servator  
Ioann.

Ioann. 3. v. 5. utitur, per detestandam ἐπεξήγησην ἘΤ, pro id est, declarare seu potius obscurare conantur Photiniani, placet duo vel tria colophonis loco adducere verba.

81. Si Christus in illo dicto de alio quàm aqua baptismo loqueretur, consequens esset Apostolos adhibentes aquam vel non observasse mandatum Christi, de non adhibendâ aquâ, vel falsum adhibuisse baptismum. Absurditatem hic quis non videt!

82. Ulterius. Si Christus loqueretur de baptismo aquâ carente: sequeretur falsum esse, quòd Ecclesia aqua lavacro esset mundata. Impium hoc Ἐ Spiritûs Sancti oraculis contrarium. E.

### ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ ΙΙΙ.

#### Thesis Lutherana ὀρθοδοξίας.

Omnes gentes five homines non modò adulti, sed etiam infantes sine discrimine nationis & sexûs baptisari debent.

#### CONFIRMATIO.

83. Fundamentum primum. Matth. 28. v. 19. πορεύθητις ἐν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη Ἐτ.

84. Hinc talis emergit demonstratio. Vocabula, Omnes gentes, neminem excludunt. In solemni ista baptismi repetitione Christus utitur hisce vocabulis, innuens sc. Ἐ jubens neminem non baptisandum esse. E.

85. Fundamentum secundum. Galat. c. 3. v. 27. Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε, ὡς ἐν Ἰσραὴλ, ἔδε ἕλλη, ὡς ἐν δούλο, ἔδε ἐλεύθερο, ὡς ἐν ἀρσεν, καὶ θήλυ Ἐτ.

86. Inde talis resultat argumentatio. Si ad baptismum omnes sine discrimine nationum, sine respectu conditionum, sine exclusione ullâ sexûs, homines admittendi sunt, nemo certè excludi debet. Verum prius. E.

B 3

87. Ratio.

87. Rationem copulati si quis desiderat; hanc damus, quòd nullus mortalium nominari queat, qui ad hac genera non referri queat: Invieta proinde stat conclusio.

88. Fundamentum Tertium desumitur ab exemplis Apostolorum, qui integras familias, in quibus & infantes fuisse necesse est, baptisârunt. Actor. c. 10. v. 8. c. 16., v. 33.

89. Fundamentum quartum desumitur ab universali promissione gratia. 1. Tim. 2. v. 4. DEUS namq; πάντας τὸς αἰθρώπους σωθῆναι θέλει. Matth. 11. v. 27. omnes ad se venire jubet.

90. Fundamentum quintum suppeditat nobis meritum Christi universale &c. Nunc subsumimus: salutem verò aeternam & reliqua, Christi merito nobis parta beneficia, à tempore instituti baptismi, absq; ipsius adminiculo nemo consequi potuit, attestante Christo Ioann. 3. v. 5. ἐὰν μή τις γεννηθῆ &c. E.

91. Fundamentum sextum monstrat nobis morbus lethalis peccati originalis, de quo Salvator Ioann. 3. v. 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σὰρξ ἐστίν. & Paulus ad Ephes. 2. v. 3. ἡμεν τέκνα φύσεως ὀργῆς &c.

92. Talis exinde repullulat argumentatio. Communi laborantes morbo, communi remedio opus habent. Omnes homines communi laborant morbo. E.

Ἀντίθεσις Photiniana κακοδοξίας.

Non omnes homines, infantes præsertim baptisandi sunt. Catechism. Schmaltz, in prima quaest. de baptism. aquæ.

REFUTATIO.

93. Autor jam nominatus scribit usurpatum fuisse baptismum, quando in cætum credentium adulti recipiendi fuerunt ex conversis Iudæis & Ethnicis.

94. Cùm verò hac dicat & non sufficienter probet; Et verò nos in confirmatione thesæos nostræ contrarium demonstraverimus; eadem facilitate error hic rejicitur, quâ profertur.

95. Ostor-



95. Ostorrodus quidem in hunc modum Schmaltzij defensionem suscepisse videri poterat, quando scribit; Apostoli tantummodo baptisârunt eos, qui prius fuerant Iudæi aut Ethnici, nunquam autem aliquem qui à juventute Christum professus fuerat.

96. Novimus, DEI gratiâ, tacentem quoq; Adversario, eo tempore, quo Apostoli inceperunt omni creature Evangelium annunciare, maximam tam Iudæorum quàm gentium fuisse copiam, & proinde Apostolos nullos alios præter hos baptisare potuisse, libenter damus.

97. Quòd autem successu temporis horum liberos conversorum sc. Iudæorum & gentium non baptisârint, dicit solummodo non probat Adversarius. adeoq; verbosiore, quàm quæ in confirmatione DEUS nòstra posita est, responsione non opus est.

98. De τὰ ἀδελφὰ ἡμῶν quem adversarij Photiniani omnes planè negant, aliquid quoq; dicendum est. Catechismus Rakoviensis sc. Schmaltzianus, mandatum à DEO promulgatum de baptisandis infantibus dari sibi petit.

99. Querimus, antequam respondeamus, ex Adversario; an infantes sint gentes aut creature? si negatè responderit; nivem albam esse cum illo philosophorum monstro negabit; sin affirmatè; jam sibi ipse respondit, & mandatum habebit.

100. Nihilominus exempla sibi dari vult infantium baptisatorum.

101. Quæro itaq; rursus an concedat Apostolos integras familias baptisasse? si non concesserit; contradicet Spiritui Sancto: sin ita; infero statim, integras familias atq; domus absq; infantibus non fuisse; aut probet ipse contrarium.

#### ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ ΙV.

DEUS Lutherana ὀρθοδοξίας.

Baptismus fuit institutus, ut ab Apostolorum temporibus inclusivè, usque ad finem mundi durare debeat.

CONFIRMATIO.

102. Admo-

102. Admodum affinis est hac assertio priori, cum ex ejusdem nervosa declaratione, nobis ferè tacentibus probari queat; ne tamen imperitioribus deesse velle videamur, paucula hac subjiciemus.

103. Fundamentum primum. Matth. 28. v. 19. πορευθέντες ἐν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετέλλαμην ὑμῖν. ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς σωματικῆς αἰῶν.

104. Facto hoc fundamento ita argumentamur. 1. Quo tempore vixerunt gentes, eo tempore debet administrari baptismus. Ratio, quia omnes gentes & omnes creaturae non vixerunt tantum temporibus Apostolorum. Atqui non solum temporibus Apostolorum; sed & sequentibus, ut & nostris ad novissimum usque diem gentes vixerunt, vivunt & vivent, fuerunt, sunt & erunt creaturae. E.

105. 2. Quibuscumque debet annunciari verbum Christi, siue quicumque debent fieri discipuli Christi, debent quoque baptisari mandato illius. Ratio, utrumque enim fuit injunctum Apostolis, nullâ limitatione aut restrictione additâ. Sed omnibus gentibus & creaturis debuit annunciari verbum DEI, & ex iisdem colligendi discipuli, ad probantibus id ipsum Adversariis. E.

106. Fundamentum secundum. Joann. c. 3. v. 3. εἰ μὴ τις γεννηθῆναι ἕνωθεν, ἔδυναται εἶναι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ &c.

107. Hinc ita argumentamur. Si baptismus quolibet tempore N. T. non esset necessarius; sequeretur homines absque illius adminiculo ingredi posse τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Consequens à δυνατόν. E.

108. Ratio copulati cum manifestissima sit, deductione copiosiore opus non habere, quemlibet videre persvasivissimum nobis habemus.

109. Fundamentum tertium. Ephes. 2. v. 3. ἡμεν τέκνα φύσεως ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λυποὶ.

110. Exinde ita concludimus. Si baptismus non quolibet tempore necessarius esset; sequeretur aut nos naturâ esse Filios DEI, aut carnem & sanguinem absque prescripto, à Spiritu S. medio, regnum DEI consequi

sequi posse. Utrumq; consequens est contra Scripturam sacram. E.

111. Fundamenti quarti vicem supplet consensus purioris antiquitatis, quæ non tantum baptismum in genere; sed ipsum quoq; *κατοχὴ* (quo nomine hoc fundamentum confirmationi prioris *ορθοδοξίας* inservit) ut traditionem Apostolicam, quovis tempore commendavit.

112. Ut multos taceamus Patres, nominamus saltem Orig. ad Rom. 6. Cyprian. l. 3. Epist. 8. Aug. de Gen. l. 10. cap. 23. & de baptismo l. 4. c. 6. 23. 24. Item Irenæum, Ambros. Chrys. verba Origenis si quis inspicere volet, consulat Tom. Philippi 2. Viteberg. p. 247. & 316.

### *Αντιθεσις Photiniana κακοδοξίας.*

Baptismus tantum inservire debuit temporib.  
Ioannis, Christi, & Apostolorum.

#### REFUTATIO.

113. Semina hujus erroris sparserunt Matthias Glorius; Adamus Neuserus, Joannes Sommer Pirnensis, in libello cujus titulus est: *Tractatus aliquot Christianæ Religionis.* Ingolstadii Anno 1583.

114. Ne verò ejusmodi Clinodia, scilicet, perirent, horum omnium summam denuò profert, & contra nostras Ecclesias aculeatissimè urget, *Tractatus* quidam sine Auctoris, Typographi, & loci nomine, in formâ quam vocant *duodecimâ*, editus sub titulo. *Examen/welche die seynd/die da verleugnen Jesum den HErrn / sampt einer bekentnis der Brüder in Polen von Christo Jesu / dem Sohn Gottes / dem HErrn ober alles / darneben auch etliche gewisse beweisungen / daß die Gott nicht kennen / welche denen geboten vnsers HErrn Jesu Christi nicht gehorsam seyn.*

115. Inprimis verò Joann. Sommer in *Tractatu de baptismo adultorum*, κακοδοξίαν suam his verbis profert & defendere sat agit.

116. Hic igitur, inquit, debebat noster esse Christianismus, sed nos  
C omisâ

omissa pietate, non aliter quàm olim Israëlitæ ex serpente, (antiquitus in deserto usurpato) fecerunt idolum, salutem nostram quasi vimus, in ritu baptismi (initio N. Testamenti usurpati) eoq̄, quòd Christi tempore legamus homines baptisatos esse, persuasimus nobis temerè idem à nobis etiam requiri, cum tamen baptismus ille, ad nostra tempora nihil omninò pertineat, nec saniori à nobis imitatione usurpetur, quàm si quis Arcam Nohe, Gen. 8. Iugum Jeremia, Ier. 28. aut Regis Joas sagittas 2. Reg. 13. sine certo DEI jussu & mandato, velit imitari & redintegrare.

117. Ne verò aliquid sine causâ dixisse videatur; hæc subjicit verba. Sicut omnes alii, extraordinarii Propheta, qui pœnitentiam prædicârunt, ut plurimum externa quedam adhibuerunt signa, quibus tum vocationem suam confirmarent, tum voluntatem DEI in symbolo aliquo abumbrarent:

118. Ita Joannes Baptismum aquæ adhibuit, ut admoneret ipsos peccatorum sordibus plurimis contaminatos, lotionem indigere, & emundationem, id quod ipsum fecit & Christus, & discipulis ut facerent præcepit.

119. En Spiritum vertiginis Adversariorum Christiane lector, de quo primò verba facere ipsissima requirit necessitas.

120. Infelix ille mortalium Christoph. Ostorrodus pro aris tanquam & focus, sed sine fructu pugnavit pro assertionibus suis erroneis stabiliendis; non posse scilicet ex scriptis Evangelistarum & Apostolorum demonstrari; Christum instituisse baptismum. 2. mandatum Domini Iesu, cujus Matth. c. 28. v. 19. meminit, non de baptismo aquæ intelligendum esse.

121. Quid autem hoc in loco Sommerus ille, Ostorrodi conjuratus fraterculus? contradicit ipsi in faciem & evidentissimè hæc omnia, propria & spontaneâ confessione, subjectâq̄ confirmatione enervat; quod quale sit indicium, lectori cogitandum relinquimus.

122. Multis hac ratione laboribus supersedere si voluissemus, possemus, si ipsos invicem committeremus, nosq̄ eminè & quasi in se-  
curo

curro constituti, certamen infelix aspicientes, visu ipsos exciperemus: Faciemus tamen quod nostrarum est partium.

123. Priusquam verò ulterius progrediamur, agite expendamus paulisper quid Sommero, cælum quod dicitur terræ miscenti, responderi debeat. Satis verò superq̄ probatum fuisse confidimus thesibus 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. baptismum in N. T. quolibet tempore non intermittendum esse.

124. Restat ut somnia Sommeri, baptismum cum Arcâ Nohe, Iugo Jeremiae, & Regis Joas sagittis, per insignem τῆς διαβολίας ἀπὸρροσίας comparantis, diluamus.

125. Quæ verò, ut à primò incipiamus, comparatio inter arcam Nohe & baptismum? de hoc legitur, quòd verbum Domini factum fuerit ad Ioannem, non ut seipsum, sed alios baptisaret, Luc. 3. v. 2. huic mandato se morigerum præbuit v. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & aquâ baptisavit v. 16. Ioann. c. 3. v. 13, non solum habitantes circa Jordanem, sed & Hierosolymam, & totam Iudæam. Matth. c. 3. v. 14. Sic iusti fuerunt Apostoli in univèrsam mundum prædicatum & omnes gentes baptisatum ire. Matth. 28. v. 19.

126. Ubi verò hoc legitur de Noah, quòd non se; sed alios; non familiam suam; sed habitantes in regione ista, quam coluit, imò non vicinos suos tantum; sed & mundum univèrsam, omnesq̄ Creaturas in arcam introducere debuerit, addit à insuper hæc promissione, quòd omnes & singuli arcam ingressuri, regnum Dei ob hoc ipsum possessuri essent.

127. Hoc nunquam in sacris invenient literis, nisi forsàn in aliis libris, ejusmodi hominibus dignis: Ego equidem in oraculis Spiritûs Sancti, ubi de arcâ Nohe scribitur, illud invenire non potui.

128. Ad jugum Jeremiae, secundo quod attinet, similiter me non legere memini, Propheta injunctum fuisse, ut illud cujusvis collo appenderet, & gestantibus illud ipsum, regnum cælorum promitteret, quod tamen de baptismo affirmari tam notum est, quàm quod notissimum.

129. Quid verò tertio sagittis Regis Israël, quibus non baptisatus, sed mactatio exercitûs Syriaci, attestante ipso Propheta



2. Reg. 13. v. 16. 17. 19. præfigurabatur, cum baptismo Joannis, Christi, & Apostolorum? monstret nobis unus & alter Adversariorum vel unicum verbulum, contrarium, ut diximus, extat in textu.

130. Instat tamen adhuc Sommerus & dicit, Prophetas suo queng, servire tempori, ita ut cum tempus miserendi advenit, aut pœna ante fores excubat, populum adhibitis externis signis, ut Jeremias faciebat, Iugo, de voluntate DEI præmonere, & tunc eos sub mortis pœnâ, ab omnibus audiendos, peractâ deinceps legatione aut pœnis, aliisq, quæ prædixerant, consecutis, non amplius istarum admonitionum usum esse, nisi per similitudinem, ad alia tempora accommodentur.

131. Talem vult fuisse Joannem predicatorem pœnitentiæ, qui evitare urbis instantem interitum monuerit, & propterea baptismum, tanquam externum signum adhibuerit, ut is esset iudicium, 1. peccatorum sordibus coinquinatos esse Iudeos, & propterea emundatione egeret. 2. testimonium conversionis ad DEUM eis, qui metu pœnarum ab ira venturâ se subducere conarentur.

132. Turpiter à δολοχῆν & petere principium quidem, cum molestiâ autorem percepimus; probationes verò nullas audivimus. Comparat Joannem baptistam Jeremiæ; sed inter baptismum Joannis & Iugum Jeremiæ nullam posse institui comparationem, ad oculos demonstravimus. Quare quæ falsa hypothesis superstruere nititur, nullius sunt teruntij.

133. Sic porrò scribit. Tùm autem agendam pœnitentiã prædicabat Joannes, Christus & Apostoli, cum urbs adhuc staret, cum arbor adhuc radice teneretur, adjectâ interim ad radicem securi, cum nondum esset effusa phiala furoris Domini.

134. At post everisionem urbis, & dispersum populum, nullum, ad evitandum imminens malum locum pœnitentiæ relictum fuisse.

135. Collectis igitur in regnum Christi fidelibus, omnia ista cessarunt, ac horrenda pœna secuta fuit, quæ contemptores DEI & Filii ipsius atrociter afflixit, quam evitare poterant, si Jesum recepissent, & fructus pœnitentiæ

pœnitentiæ dignos ostendissent, & si urbs illa, quæ ad pacem ejus futura fuerant, cognovisset.

136. Quod postquam neglexerunt, pœnæ comminatio proximè subsequitur, non mansurum lapidem supra lapidem.

137. Perditis itaq; homicidis istis, pœnitentiæ prædicari desit, & baptismus ampliùs usum habere non potuit, planè sicuti post captivitatis Babylonica initium factum, nullius ampliùs usus fuit jugum Jeremia, quod antea eodem fine portabat, quo fine Joannes, Christus & Apostoli, baptismum usurpârunt.

138. Satis ineptiarum. Loquacem & garrulum Sommerum non absq; radio forsan Lectoris benevoli produximus: nunc adhuc aliquid pro responsione subjiciemus.

139. Sommeri ineptiæ, ut innuimus, duabus potissimùm falsis superstructæ videntur hypothésibus. I. Baptismum Joannis, Christi & Apostolorum, rectissimè comparari Arca Noæ, Iugo Jeremia, & sagittis Ioas. Hanc verò satis superq; evertimus thes. 126. 127. 128. 129. 130.

140. II. Baptismum aquæ, ac arcam Noæ, jugum Jeremia, & sagittas Ioas, signum quoddam particulare fuisse, ad populum tantum Judaicum pertinuisse, & propterea, ut unius, ita alterius everso regno Judaico, nullum ampliùs usum esse.

141. Falsissimam & hanc esse hypothésin, & baptismum non ad solos Iudæos; verùm & gentes, imò universum mundum & omnes creaturas pertinere, assertio Salvatoris illa solennis Matth. 28. v. 19. satis luculenter testatur.

142. Et ut maximè concederemus baptisma Ioannis ad Iudæos pertinuisse, ut scilicet eo medio vocarentur ad pœnitentiã, num propterea sequeretur, I. Christi & Apostolorum baptismum non ad gentes, quæ quovis tempore vixerunt, pertinere: cùm non minùs peccatorum sordibus coinquinatæ, de iisdem, agendaq; pœnitentiã admonendi fuerint?

143. 2. Num propterea sequeretur, Barbaros in nova India, ut

aliorum seculorum homines taceam, non opus habere baptismo, cum nihilominus, quam Iudaei in peccatis hereant? minimè verò gentium.

144. Aut concedat necesse est Adversarius 1. DEUM non tam seriò hominum, qui per aliquot secula vixerunt, salutem expetere, sicut Iudaeorum.

145. 2. Aut Christum, hominibus qui à temporibus Apostolorum vixerunt, meritum suum applicare nolle.

146. 3. Aut homines, qui post Apostolos vixerunt, non in peccato nasci, & propterea nullo remedio sanctificationis opus habere.

147. 4. Aut causam baptismi Joannis à se assignatam non veram sed falsam causam esse.

148. Omnia hæc ex sententiâ, si adprobetur, Adversarii, sequi audivimus: paucis adhuc ipsum examinabimus. Si Joannes missus propter hanc causam, ut baptisaret, quò Iudaei ad evitandas instantes admonerentur pœnas, quo fine, quaritur, Apostoli missi fuerint?

149. Ut qui sine lege, Respondet Antagonista, peccassent, sine lege damnarentur. Quod autem gentes peccarint sine lege, apud Paulum 1. Cor. 6. Act. 16. Ephes. 2. 1. Pet. 4. legi posse, dicit.

150. Fumos venditat Adversarius & γλαύκωμα simpliciorum oculis objicere conatur, dum adeò splendidum de gentib. sine lege peccantib. sermonem instituit; cum tamen de isto non sit questio, sed de pœnâ corporali, ob quam baptismum recipere debebant gentes.

151. Constrictus hac questione, ne omninò taceat, respondet: Et quanquam nullam certam speciem, ut Iudaeis comminatur scriptura: tamen non rarò illis quoq. ira DEI denunciatur, sicut Paulus 1. Cor. 10. disputat, DEUM ipsos aequè puniturum ut Iudaeos, & constitutum esse diem, quo orbis judicandus sit, per unum, quem ille definiisset, Atheniensibus Act. 17. demonstrat.

152. Nunc proprio te, Sommere, confodiam gladio. Thesi 144. audivimus te dicere, urbe adhuc stante, cum arbor adhuc radice teneretur, cum nondum esset effusa phiala furoris Domini, Joannem debuisse predicare & predicasse pœnitentiam. Thesi 135. verò post everfam urbem



urbem & dispersum populum, seu quod idem est, everso regno Iudaico, ad evitandum imminens malum, locum poenitentiae nullum relictum fuisse.

158. Audi nunc quid ego dicam. Cum itaq; Orbis sive mundus adhuc stet, arbor radice adhuc teneatur, nondum effusa sit phiala furoris Domini, gentes nondum punita fuerint, dies ille constitutus, quo Orbis per unum, Christum scilicet judicandus sit, nondum illuxerit; sequitur tam diu quoq; apud gentes baptismum aquae adhibendum, eoq; ipso homines de irâ venturâ admonendos esse, donec ista omnia eveniant, & tunc nullum amplius usum baptismi futurum, ultro damus.

154. Sed quid in refutatione harum ineptiarum ulterius desudo, cum Ostorrodum & Schmaltzium illarum ita pudeat, ut istis proferre verbis intermittant.

155. Concedit namq; Ostorrodus consuetudinem baptisandi adultos in Ecclesia tam diu servari posse, donec pleniorum Ecclesia hac de re lucem consequatur.

156. Præterquam verò, quòd & hunc non minùs pestilentem errorem in assertione orthodoxiæ nostræ solidè refutaverimus; monemus hoc quoq; in loco, inter Christi ordinationem & institutionem ordinariam perpetuam & necessariam; & rem deinde adiaphoram, extraordinariam & temporariam ingens discrimen esse.

## ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ V.

Ἐῶσις Lutherana ὀρθοδοξίας.

In baptismo non signatur tantum, sed revera fit regeneratio, & propterea baptismus est summè necessarius.

CONFIRMATIO.

157. SUPRA

157. *Supra promissimus nos hoc in loco etiam de altera baptismi substantiali parte, verbo scilicet Divino, Ephes. 5. v. 25. 1. Ioh. 3. v. 5. sive sanguine Christi, 1. Ioh. 1. v. 7. acturos esse; quod jam datâ occasione prestabimus.*

158. *Hec pars facit ut aquam baptismi dicamus organon sive instrumentum Spiritus sancti, quo tanquam causa efficiens in ipso baptismi actu, non verò annis longè post consequentibus regenerationem & salutem in baptisatis, tam infantibus, quam adultis, non tamen contumaciter respicientibus & hypocriticè tantum oblatum beneficium accipientibus operatur.*

159. *Fundamentum secundum. Marci c. 16. v. 16. ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται.*

160. *Fundamentum tertium. Rom. 6. v. 3. ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς χριστὸν ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν.*

161. *Fundamentum quartum. Tit. 3. v. 5. ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λόγου καθάρσεως ὕδατος ἁγίου, ὃ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλυσίως.*

162. *Fundamentum quintum. 1. Pet. 3. v. 21. ᾧ ἀντίτυπον, καὶ ἡμᾶς νῦν σώζει βάπτισμα (ἢ σαρκὸς ἀποθέσις ῥύπτου &c.*

168. *Ex quibus omnib. luce, quod dicitur meridianâ clariùs apparet, cum in Sacramento baptismi nuda non sufficiat aqua, sed prater hanc etiam verbum DEI requiratur & adsit, non tantummodò obsignari regenerationem; sed nos verè eo momento regenerari & salvari, & propterea baptismum necessariò requiri, si modò regno cælorum potiri voluerimus.*

### Ἀντίθεσις Photiniana κακοδοξίας.

Homines per baptismum regenerari gravissimus & pestilentissimus error.

#### REFUTATIO.

164. *Tenent & hunc errorem Photiniani, ut videre est ex Cate-*

Catechismo Rakoviense f. 226. propter sequentes rationes.

165. Aqua est res merè materialis. huic propositioni si adjunxerimus majorem, talis inde emerget paralogismus. Re merè materiali non renascimur. Aqua in baptismo est res merè materialis. E.

166. Committunt autem fallaciam Compositionis & divisionis, quando ad enervandum baptismi fructum ab una aquæ parte ad totum baptismum, qui tamen non nudà constat aquâ, ut in assertione orthodoxiæ nostræ expeditum dedimus, argumentantur. Merito itaq; è choro Ecclesiæ cum vanissimo hoc paralogismo rejiciuntur.

167. Ratio 2. Regeneratio in infantibus fieri nequit, utpote, qui nequeunt distinguere inter dextrum & sinistrum. Talis forsitan esse potest Syllogismus. Non uti valentes ratione, non sunt capaces regenerationis. Infantes non uti possunt ratione. E. minoris ratio, quia nequeunt distinguere inter dextrum & sinistrum.

168. In majore committitur fallacia secundum non causam ut causam. Si enim propter rationis carentiam sive usum infantes regenerari non possent; sequeretur nullum hominem regenerari posse:  $\Psi\upsilon\chi\iota\kappa\omicron\varsigma\ \delta\iota\ \alpha\theta\rho\omega\pi\omicron\varsigma\ \delta\epsilon\ \chi\epsilon\iota\tau\alpha\ \tau\alpha\ \xi\ \pi\alpha\tau\epsilon\rho\alpha\tau\omicron\varsigma\ \xi\ \theta\epsilon\omicron\varsigma.$   $\mu\omega\rho\iota\alpha\ \gamma\delta\ \alpha\upsilon\tau\omega\iota\ \epsilon\sigma\iota,\ \kappa\alpha\iota\ \xi\ \delta\upsilon\lambda\alpha\tau\alpha\ \gamma\upsilon\omega\iota\tau\alpha\ \delta\pi\iota\ \pi\alpha\tau\epsilon\rho\alpha\tau\iota\kappa\omega\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\alpha\ \kappa\rho\iota\upsilon\epsilon\tau\alpha.$  1. Cor. 2. v. 14.

169. Quid, quod Salvator nos adultos & ratione preditos ad parvulos remittat, & expressis verbis dicat: Matth. 18. v. 3.  $\text{Αμω λέγω υμιν, εαν μη στραφητε, και γενηθε ως τα παιδια, ε μη εισελθητε εις την βασιλειαν ξ θεου.}$

170. Et quod adhuc magis: τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεόν. τῷ γὰρ νόμῳ ξ θεῶ εχ' ὑποτάσσεται, ἔδὲ γὰρ δύναται. ad Rom. c. 8. v. 7.

171. Hinc divus gentium Apostolus 1. Cor. 1. v. 20. non immeritò exclamat,  $\text{πῶ σοφός; πῶ γραμματέως; πῶ συζητήης ξ αἰῶν\omicron\varsigma\ τῆ\varsigma;$  adde, ubi Photinianus? ubi Schmalzcius? ubi Sommerus cum sua rationis figmentis?  $\text{εχι εμωρανευ ο θεος την σοφια ξ κοσμος τῆ\varsigma;$

172. Επεδὴ γὰρ, ἐν τῇ σοφίᾳ ξ θεῶ οὐκ ἔγνω ὁ κόσμ\omicron\varsigma, Διὰ τῆ\varsigma σοφίας

D

σοφίας

σοφίας τὸν θεὸν, ὡς δέ κησεν ὁ θεὸς διὰ τῆς μαρτίας ἔ κηρύγματ' ὁ σώσαι  
τὰς πιστεύοντας.

173. Et propter hoc ipsum infantes longè sunt capaciōres, (ut κα-  
τὰ τὸ βίαιον respondeamus) ad regenerationem quàm adulti ἔ senio-  
res, in quibus ἡ σὰρξ ἔπιθυμῆ κατὰ ἔ πνώματ', τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ  
ἔ σαρκός: ταῦτα δὲ αἰνιχέτω ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἀ αὐθέλῃτε ταῦτα ποιῆτε  
Gal. 5. v. 17.

174. Nève existimet Adversarius rem ita sese in peccatorib. ha-  
bere; sanctos verò homines, hujus luclæ carnis ἔ spiritus expertes  
esse; audiat quid Paulus, qui tamen ἔως τρίτῃ ἔρα νῆ raptus 2. Cor. 12.  
v. 4. fuit, de se conqueratur.

175. Ταλαίπωρ' ἐγὼ ἀνθρώπ', τίς με ῥύσειεν ἐκ ἔ σώματ'  
ἔ θανάτῃ τῆτῃ; Rom. 7. v. 24.

176. Ratio tertia ex Iacob. c. 1. v. 18, ἔ Petr. 1. v. 23. desumpta  
ita informari potest. Regeneramur à DEO per verbum. E. non per  
baptismum.

177. Vetus hac crambe est, vetus delirium de nudo aqua baptismo,  
qualem nemo nostrum, ne per febrim unquam somniavit. Proinde cum  
lemuribus pugnat Adversarius ἔ cum cerebri sui figmento. Concludit  
enim argumentum duntaxat adversus ejusmodi baptismum, cui nul-  
lum verbum DEI adjunctum est. At verò quomodo prater aquam  
nos verbum Domini in baptismo requiramus; thesi 158. docuimus.

178. Profligatis igitur felicissimè Spiritus Sancti ope administrā  
erroribus, quos Photinianorum colluvies contra Sacram: initiationis  
fovisse audivimus: restat ut paucis quoq; quid de sanctissimo Confirma-  
tionis Sacramento statuam, dispiciamus, quod dum, prioribus semel  
à nobis suscepti ordinis vestigiis insistentes facimus, Tu Jesu Christe  
Spiritu tuo nobis porrò adesse non dedigneris.

ΑΝΤΙΠΑ-

# ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ VI.

Ἐπίσης *Lutherana* ὀρθοδοξίας.

Substantia Cœnæ Dominicæ constat secundum Irenæum duabus rebus, unâ terrenâ, alterâ cœlesti.

## CONFIRMATIO.

179. *Fundamentorum sufficientissimorum loco ponimus verba institutionis descripta à Matthæo c. 26. v. 27, 28. Ἐδίδοντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας ἔκλασεν καὶ ἔδιδε τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε, τὸ ἐστὶ τὸ σῶμά μου.*

180. *Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς λέγων, πίνετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. τὸ ἐστὶ τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.*

181. *Immota quippe & impugnata quidem, sed non expugnata, regula est Theologica, verbo DEI (addo & rationi, cæca tamen aliâs in rebus spiritualibus) maximè congrua; Cujusq; Sacramenti descriptio ex genuinâ illius & nativâ seu propriâ sede, ut sunt verba institutionis, ejusdem depromenda est.*

182. *Confirmationem tamen verbosiozem si petant Adversarij, remittimus eos ad Divum Apostolum Paulum, qui cum Cœnam Domini in profanas commessationes & compotationes converti videret Ecclesias Corinthiacas, recurrit ad primam sedem sc. institutionem à Christo factam, prout eam à Domino seorsim & peculiariter acceperat, 1. Cor. 11. v. 18. & seqq.*

183. *Demonstrationem forsân, si quis desiderat; hac fruatur. Quicquid dicit Veritas ipsa, falsum esse nequit. Sed non nudum tantum panem; verum carnem quoq; & sanguinem suum in sacrâ Cœnâ adesse dicit Veritas. E-*

184. *Causse verò cur τὸ ῥητὸν in explicatione horum verborum*

D 3

retinen-

retinendum sit ; quatuor à nostris doctorib. adduci solent. 1. perpetua  
συμφωνία καὶ ἁρμονία, suavis concentus & unanims consensus trium  
Evangelistarum & Apostoli. 2. communis analogia Sacramentorum  
omnium dextrè intellecta. 3. circumstantiæ institutionis. 4. summus  
orthodoxæ antiquitatis consensus.

185. De quib. omnib. tamen plura in hoc facere velle verba ;  
ratio instituti nostri non patitur.

Ἀντίθεσις Photiniana κακοδοξίας.

Nudus tantum panis & nudum vinum  
sunt in Coena.

REFUTATIO.

186. Detestandum hunc, unus & alter adversariorum, erro-  
rem palliare nihilominus conantur subsequentib. mediis 1. Scriptura  
istum cibum nominat propriè panem ; corpus verò & sanguinem non  
nisi figuratè.

187. Integrum si constituere sategeris syllogismum ; talis emerget  
paralogismus. Quibus phrasib. scriptura ipsa de unâ vel alterâ re lo-  
quitur, iisdem & nos ut amur. Atqui scriptura cibum istum propriè  
panem, potum propriè vinum ; corpus & sanguinem verò non nisi fi-  
guratè nominat. E.

188. Fallit paralogismus Ἐὰν τὸ ἐπιπέδον τῆς διαρρέσεως propter  
insufficientem enumerationem earum phrasium, quas scriptura quando  
de hoc mysterio loquitur, adhibet. Manifestè namq. contrarium poni-  
tur in thesi nostra 180, & 183.

189. Proinde κατὰ τὸ βίαιον minorem ita informamus : sed scri-  
ptura non nudum vocat panem & vinum, verum etiam corpus & san-  
guinem. E. probationem jam attigimus ; adjici potest tamen thesis  
183. & probatio erit magis perspicua.

190. Ratio secunda sumitur à sensu & gustu, qua si syllogisticè  
efforme-

efformetur; ita sonabit. Quod visus & gustus non sentit, adesse nequit. At visus & gustus non sentiunt & percipiunt carnem & sanguinem Domini. E.

191. Paralogismus hic, quem Adversarij Photiniani ab Adversariis nostris Calvinianis mutuati sunt, fallit sophismate vitiosi consequentis & ἔ μὴ αἰτῆς, ὡς αἰτῆς. Nullus enim nervus inest argumentationi huic. Pari enim Logicâ liceret inferre: Spiritus Sanctus non videtur & tangitur in Sacramento baptismi. E.

192. Absurditatem autem consequentis ad oculum quoque demonstravimus in priori tractatu, non solum ex sacra scriptura, verum etiam ex ipsorum Adversariorum libris & hypotheseb. quib. ita certò Spiritum S. in baptismo adesse volunt, ut etiam aquam ipsam in Spiritum planè conversam cupiant. En proprio denuò confossos gladio Photinianos.

## ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ VII.

Ἐπί τῆς Lutheranæ ὀρθοδοξίας.

Unio panis & vini, corporis & sanguinis est Sacramentalis; hinc vera & oralis manducatio & bibitio resultat.

### CONFIRMATIO.

193. Unionem hanc, ut initio explicemus, hoc esse dicimus; Quando panis & vinum in ipsa actione legitimè celebratâ dantur & accipiuntur; tunc secundum institutionem sive promissionem Christi verè simul sunt presentia, καὶ ἰσὼμένως distribuuntur & accipiuntur corpus & sanguis Christi.

194. Vult igitur Sacramentalis unio, non ut vinum & sanguis, panis & corpus unum fiant naturâ, vel personâ vel perpetuâ connexionē, aut simili modo: sicut nec localem presentiam & inclusionem quandam fingimus, (quod tamen Ἐκ βλασφημίας electo DEI organo, & nobis

nobis ferè omnibus affingi novimus) quamvis localiter panem benedictum asseramus adesse.

195. Fundamentum si quæris, ad verba institutionis te remittimus, expressum quippe mandatum Christi exponentia; de quibus si quis dubitare vellet; nihil aliud faceret, quam si ipsammet sapien-  
tiam ac veritatem cœlestem mendaciū argueret.

196. Leguntur autem præter Matthæum, apud Marcum quoq;  
c. 14. v. 22. Καὶ ἐδοῦντων αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ἄρτον, ὠλογήσας ἐκλα-  
σε, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ εἶπε; λάβετε, φάγετε τὸ ἐστὶ τὸ σῶμά μου.

197. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον ὠχαραγήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ  
ἐπιον ἐξ αὐτῶ πάντες. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τὸ ἐστὶ τὸ αἷμά μου τὸ τῆς και-  
νῆς Διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον.

### Ἀντίθεσις Photiniana κακοδοξίας.

Nulla est Sacramentalis unio, & proinde nec  
oralis nec spiritualis manducatio.

#### REFUTATIO.

198. Diabolica hujus κακοδοξίας fundamenta afferre adlaborant  
Adversarij sequentia. 1. Quòd hominis corpus non possit comedi.

199. Ita videntur argumentari velle. Quodcumq; comeditur,  
illud vel naturaliter, vel corporaliter, vel spiritualiter comeditur. Sed  
corpus Christi nec naturaliter, nec corporaliter, nec spiritualiter come-  
ditur. E.

200. Sophisticari libet Adversariis Ἀγὸ τὸ ἐλλίπες: nec nos dici-  
mus, Corpus Christi naturaliter comedi posse, cùm unio non sit natura-  
lis; nec corporalis, ita ut videretur & sentiretur corpus Christi, cùm  
itidem unio non sit corporalis: nec spiritualiter & quidem tantum,  
illud namque extra usum Cœnæ Dominicæ quoque fieri posse novimus;  
sed sacramentaliter, cùm nullam aliam nisi sacramentalem unionem  
statuamus.

201. Cum



201. Cum verò vocabulum τὸ sacramentaliter, sinistro sensu à Calvinianis usurpari soleat; omnis evitanda ambiguitatis ergò vocabulum oraliter majoris evidentia gratia adhibere solemus.

202. Ratio secunda. Quòd sit summum flagitium & abominabile facinus, comedere hominis, tanti præsertim benefactoris, corpus.

203. Hac ratio talem præbebit nobis paralogismum. Summum flagitium & abominabile facinus à Christi sectatoribus alienissimum esse debet. Comedere hominis & præsertim tanti benefactoris corpus est tale. E.

204. Errant Adversarij in minore τὸ ὅτι τὸ ὄψμα τῆς λέξεως: & comedere enim vocabulum Capernaiticè intelligunt Photiniani, à quo tamen sensu & nos abhorremus, quòd si verò sacramentaliter sumatur; ita libet κατὰ τὸ Βίβλον adversus Antagonistas insurgere.

205. Christus non docet nos facinora, Christus jubet nos edere corpus suum sc. sacramentaliter & oraliter E. tali modo comedere corpus Christi non est facinus.

206. Ratio tertia, quòd talis manducatio oralis nihil in corde prodesset, siquidem nihil operaretur.

207. Exinde talis surget paralogismus. Quicquid nihil prodest intermitti debet. Oralis manducatio nihil prodest. E.

208. Multiplex Sophisticatio in hoc argumento. 1. minor aberrat τὸ ἔδωκε; oralem enim manducationem absque spirituali, quòd ad salutarem comestionem attinet, non sufficere novimus & ipsi. 2. fallacia plurium interrogationum committitur: aliud est loqui de eo, quòd præsens est, aliud de modo, quò utile est. 3. fallacia Consequentis.

209. Ratio quarta, quòd manducatio illa pugnet cum reliquis sacra scriptura oraculis.

210. Talem inde licet formare paralogismum. Quòd pugnat cum reliquis scriptura articulis non admittendum est. Oralis manducatio pugnat cum ascensu Christi, & cum spirituali ejus corporis natura. E.

211. Com-

211. *Committitur in minore fallacia Ἐ μὴ αἰλίς, ὡς αἰλίς: nam  
κατὰ τὸ Βίαιον insurgendo, ascensus in caelum & sessio ad dextram DEI;  
(in caelis namq, non mansit & haesit corpus Christi) & depositio morta-  
lis, & hujus vitae miseris expositi tabernaculi, potius confirmat hanc  
nostram assertionem, quàm eandem evertat.*

212. *Plurib. illud ipsum hoc in loco declarare, prohibet ratio insti-  
tuti nostri, cum praesertim Schmaltzius haec quae dicta sunt, de divini-  
tate c. 16. f. 96, & c. 18. f. 113. non planè negare ausit.*

## ΑΝΤΙΠΑΡΑΘΕΣΙΣ VIII.

Ἐστὶς Lutherana ὀρθοδοξίας.

Finis institutæ cœnæ Dominicæ præter alios,  
est confirmatio fidei nostræ.

### CONFIRMATIO.

213. *Ne immensum illud & nunquam satis laudatum beneficium,  
quod morte sua Christus Dominus noster Patris iram placavit, sangui-  
nemq, suum ad delenda peccata nostra effudit, periret, hoc pignore  
sanctissimo adhibito & applicato, in specie singulis testari vult, se non  
solum pro singulis mortuum esse; sed cupere se quoq, ut singuli meriti  
& satisfactionis suæ, quæq, eâ ipsâ comparavit, beneficiorum fiant par-  
ticipes.*

214. *Confirmationem si desideras, suppeditabunt tibi verba Luca  
22. v. 19. τὸ τό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν δίδόμεον, τὸ ποιεῖτε εἰς τὸ  
ἐμὸν ἀνάμνησιν. τὸ ποτὴρον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματι μου, τὸ  
ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.*

215. *Quasi vellet dicere Salvator. Hanc ob causam hac cœna in-  
stitutæ est, ut hoc pignore unicuiq, testatum facerem, me uniuscujusq,  
vestrum causâ mortem subisse, & hac ratione aliam & confirmem fi-  
dem vestram Spiritu Sancto, qui sit in unoquoq, vestrum efficax, appli-  
cando cuilibet beneficia regni mei, habitando & operando in unoquoq,  
salutem, &c.*

216. Si

216. Si tamen uberiores hujus confirmationis declarationem desideras, age gratificabor tibi quoque hac in re. Sic scribit Paulus ad Rom. 4. v. 11. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς σφραγίδα τῆς δικαιοσύνης &c.

217. Hinc à minori, typo sc. sive umbrâ, ad majus, αὐτίτυπον, sive corpus procedendo ita argumentamur: si circumcisio fuit signaculum Iustitiæ fidei, multò magis sacra Domini Cœna. Verum prius. E.

218. Rationem Copulati modò attigimus; corpus sc. umbrâ præstare, quam, ut manifestam, plurib. probare, haud necesse est.

219. Offert quidem DEUS nobis in verbo quoque meritum & satisfactionem Filij sui omnib. & singulis, remissionem peccatorum, imputationem Iustitiæ Christi, donationem Spiritus Sancti, & hereditatem vitæ æternæ:

220. Sed quia adeò stupidi sumus in apprehendendis promissionib. Evangelicis, tantisq. bonis accipiendis; ideò ad excitandam, erigendam & alendam fidem singulorum, ejusmodi pignore Christus uti voluit.

221. De reliquis, quæ de uno vel altero, ad hanc materiam spectante, adhuc dici possent, cum de iis nobis non tanta cum adversariis, notandaq. intercedat concertatio; plurib. impresentiarum agere studio intermittimus, & ad refutandos, qui supersunt errores, accedimus.

Ἀντίθεσις Photiniana κακοδοξίας.

Fides nostra in Cœna minimè confirmatur.

REFUTATIO.

222. Quamvis monstri hujus erroris refutatio ex antecedentibus sine ullo negotio erui queat; cum tamen quibusdam ratiunculis illum pallient adversarij; de iisdem quoque paucis hoc in loco agemus.

223. Prima est: manducatio & bibitio in mente hominis nihil efficere & procurare potest.

224. Talis se offert ex his verbis paralogismus. Quicquid nihil efficere & procurare in mente hominis potest, de eo, quòd confirmet fidem nostram, dici nequit. Manducatio & bibitio nihil in mente hominis efficit. E.

E

225. In

225. In minore committitur fallacia equivocationis; quando manducationem naturalem cum sacramentali confundit, quae tamen accuratis limitibus sejungenda sunt. Ut enim de cyclopica, capernaitica, & naturali in suo sensu concedimus; ita de sacramentali pernegamus: ut è circumcisionis Sacramento Rom. 4. apparet.

226. Ratio secunda, quòd nec minimum vocabulum hac ipsa de re in sacris literis extet.

227. Paralogismus hinc talis exsurgit. Quod non extat in sacris literis, illud affirmari non debet. Sacram cœnam confirmare fidem nostram, non extat in sacris literis. E.

228. Major & minor laborat. In majore committitur fallacia  $\pi\alpha\rho\upsilon\tau\acute{o}\ \pi\eta\kappa\acute{\iota}\ \alpha\pi\lambda\omega\varsigma$ : vera enim est secundum quid; non simpliciter; si autem simpliciter deberet esse vera, ita informanda erat. Quicquid in sacra scriptura nec explicitè nec implicitè continetur, Ecclesia obtrudi non debet. Sed sacram Cœnam confirmare fidem nostram, non continetur in scriptura, adde, his ipsis verbis vel explicitè; aliàs enim falsa est.

229. Ratio Tertia. Remissio peccatorum non contingit nobis propter recordationem mortis Domini; sed propter mortem ipsam.

230. Talem hinc extrues collectionem. Aut propter recordationem mortis Christi aut propter mortem ipsam remissionem peccatorum consequimur. Sed non propter recordationem. E.

231. Gemina fallacia, prior Confusionis, posterior equivocationis. Primò namq; meritum & applicationem meriti confundit, hinc diverfitatem inter mortem Christi, & recordationem mortis Christi sibi imaginatur, & à remotione unius ad positionem alterius procedendo, simplicioribus fucum facere nititur: sed frustra. Corrigimus errorem & dicimus; remissionem peccatorum nos consequi, propter mortem Christi, ratione meriti; propter recordationem verò mortis Christi, ratione applicationis.

232. Aequivocationis vitium in subsumptione seu minore committit, ut & divisionis, dum omittit illud quod addi debebat, sc. ratione istius modi, quo propter mortem &c.

233. Colo-

233. Colophonis loco, diabolicum commentum, ex quo ceu Pandora pixide, omnes isti errores profluxisse videntur, paucis considerabimus. Nolunt isti levisissimi homines sacram cœnam esse Sacramentum; sed dicunt saltem bonum opus esse.

234. Assertionem falsissimam ita roborare conantur. Sicut, inquit, in celebratione Sabbati, in invocatione & gratiarum actione, tanquam operibus nostris DEO aliquid damus, non verò DEUS nobis aliquid confert: ita quoq; in Cœna tanquam bono opere, quod à nobis fit, aliquid DEO & Christo, obedientiam & honorem cum gratiarum actione conferimus, nihil verò in eo opere à DEO accipimus.


235. Cùm verò hæc explicatio, quâ commentum illud diabolicum nititur, verbis institutionis contradicat, & assertioni Salvatoris clarissima dicam scribat; non solum verbosiore responsione; sed & consideratione tantùm non digna est.

236. Sanè ritum celebranda Cœna, respectu nostri, non opus malum sed bonum, sano tamen sensu appellari posse, ut concedimus; ita propter communicationem corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, quâ ea in actione ab ipso dignamur, cœnam Dominicam puris tantùm putisq; sic vocatis bonis operibus annumerare velle, non nisi per insanum solæcismum fieri, constanter asserimus; & absq; ullo labore plurib. si opus fuerit, τὸν Θεῶν, demonstrabimus.

### Συμπέρασμα τῆς συζήτησεως.

237. Atq; hæc breviter de Sacramento Initiationis & Confirmationis, pro refutatione τῶν αἰτιήσεων Photinianarum ex oraculis Spiritus Sancti, in quibus sola continetur veritas, per quam Dominus JESUS nos sanctificare dignetur, dicta sunt.

F I N I S.



Impensis IACOBI APPELLII Bibl.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Zusammenfassung der Ergebnisse

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F. I. N. I. S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



OA A 6612

ULB Halle

3

002 937 107




R  
WAT



seruū tuū et israelit sac  
tu tuū quibz locutus es  
pollicēs qd nō multiplicas  
seme eoz sic stellas cel  
et sic arena qz est in litore  
maris. **Q**uia dñs iunū  
uti sum p̄ q̄m cōtes  
gates sum qz hūiles in  
vniūsa t̄ra hodie p̄ter  
vniūsa n̄ra **E**t nūc in t̄re h̄  
p̄ncipis et p̄ph̄a et t̄re ne  
qz holocaustū n̄rū sacrifici  
ū n̄rū oblatiō v̄qz in  
castrū n̄rū locus p̄uinc  
ru corā te ut possimus in  
venire **D**iscedit dñs in  
aīa cōtra et h̄m̄ h̄m̄ h̄m̄  
suscipiamur **S**icut in ho  
locaustū dicitur et thauror  
et sic in m̄libz agrorū pi  
quū sic fuit sacrificiū n̄rū





Trinuno favente Numine.

*Theses succinctæ*

# DE DVOBVS NOVI

## TESTAMENTI SACRAMENTIS,

quorum prius Initiationis, posterius  
Confirmationis appellitari usu rece-  
ptum est,

*κατ' ἀντιθέσιν*  
*τῆς ὀρθοδοξίας Lutheranae ἢ ἡνωδοξίας*  
*Photiniano-Schmaltzianæ*  
*exposuit*

Iussu Reverendi Collegij Theologici in inclyta  
Lipsiensium Academia, publicæ ἐξέτασις  
*subiectæ*

*Ad diem ult. Sept. & 1. Octobr.*

Pro consequendâ σὺν Θεῷ potestate adsumendi Ti-  
tulum Doctoris, quam Licentiam vocant, in  
Studio Theologico Sacratiss<sup>mo</sup>

M. CHRISTOPH. WILHELM.  
WALPURG. Lips. SS. Theol. Baccal.



LIPSIÆ imprimebant hæredes MICHAELIS  
LANTZENBERGERI, Anno clō. lxx. XII.

